



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Redit Viennam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

non solum Doctores in gymnasiis, sed etiam C  
 cionatores ad populum, hæc adiungit, Accelen  
 te igitur pro vestris officio, votoque oues perdit  
 quærere, & ad gregem dominicum reducere  
 perarios bonos ( qui præsentis seculo paucissimi  
 sunt, & ubiq; locorum desiderantur) educare,  
 que in messem tam copiosam mittere. Ad h  
 sanctum Deoque gratissimum opus vos pro n  
 stris viribus re, & opera benignissimè fouebim  
 & tuebimur. Ac breui futurum speramus, vt h  
 vestrum apud nos Collegium ( si iam bona pr  
 cipia iaciantur) in immensum crescat, augeat  
 splendideq; à multis adhuc bonis viris dotetur

1556.

*Rediit Vien  
nam.*

Inter hæc Ferdinandus vrgebat vt Canisij  
 Viennam primo quoq; tempore se referret. Inhi  
 bat enim conuentus Imperij Ratisbonæ, & age  
 dum de religione opinio erat. Qua de causa Vien  
 nensi Academiæ mandauerat Rex, vt quasdam  
 propositiones vtilis ad eam rem colligeret. Igit  
 tur, cum & Canisij vellet manum accedere, is n  
 nulla obiter bonæ frugis semente Augustæ quo  
 que Vindelicorum facta, ipsis Februarij Kalendis  
 anni recentis Viennam peruenit. Per breuis fuit  
 mora Viennæ. Quanquam enim tempestas anni  
 fauif.

sæuissima quietem suaderet, vrgebat tamen cari-  
 tas Christi vt nusquam nisi in Cruce quietem vel-  
 let. Ergo eo perfunctus opere, cuius maxime gra-  
 tia venerat, aliisq; raptim compositis rebus, eius-  
 dem exitu mensis cum literis Regis Pragam dis-  
 cessit, Collegio quod propediem expectabatur,  
 quæ restabant necessaria paraturus. Multum de-  
 nuo difficultatum primordia vt illa adornaret,  
 atq; molestissimi tædij exorbuit: additamentum  
 laborum, quos multiplex Catholicæ causæ pro-  
 curatio, & ad ciues assidua, frequens ad Archidu-  
 cem Ferdinandum dictio cumulabant. Apud  
 hunc etiam latinè feria quinta hebdomadæ san-  
 ctæ iussus differere, se ipso præstantior visus est.  
 Non poterant non dolere successu Hussitarum  
 feruidiores: quorum è numero fuit, qui & argu-  
 tulus vellet videri vulgato versiculo, Hinc procul  
 esto canis, pro nobis excubat anser. Ad veterem e-  
 nim alludens de Capitolio Romano, cum dor-  
 mirēt Canes, excubiis anserum liberato, famam,  
 quia Hus Patriarchæ ipsorum cognomētum an-  
 serem significat, eo contentus, abesse Canem vo-  
 lebat. Nec animaduertit versificator, quanto fa-  
 ciliorem non ludēdi, sed vere canendi materiam

Tum Pragā.

Hussite cu-  
iusdam in  
eum versu.